Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cxl.

primicias messis uestre ad
sacerdotem: qui leuabit
fasciculum coram domino
ut acceptabilis sit pro uobis
altero die sabbati. et sanctificabit
illum. Numerabitis ergo
ab ipso die in quo obtuli
stis manipulos primitiarum
septem ebdomadas plenas
usque ad alteram diem expletio
nis ebdomade septime, et
offeretis sacrificium nouum
domino ex omnibus habitaculis
uestris panes primitiarum du
os de duabus decimis simile,
quos leuabit sacerdos coram
domino. Cumque leuauerit eos sa
cerdos cum panibus primiti
arum coram domino: cedent in
usum eius. Et uocabitis hunc
diem celebrem atque
sanctissimum. Omne opus
seruile non facietis in eo.
Legitimum sempiternum erit
uobis in cunctis habitaculis et
generationibus uestris: dicit dominus
omnipotens. Alla: Spiritus do
mini replenit orbem terrarum
et hoc quod continet omnia scientiam
habet uocis.

Deus qui omnium
mentes fidelium
deuotione castigari corpo
ribus precepisti, concede nobis mente
et corpore tibi semper esse deuotos. P.
In diebus leo lib deuteronomii.
Illis: dixit moises filiis is
rael. Audi israel quod ego
precipio tibi hodie. Cum intra
ueris terram quam dominus deus
tuus datur est tibi possiden
dam et obtinueris eam atque
habitaueris in illa, tolles de
cunctis frugibus tuis pri
mitias et pones in cartallo;
pergesque ad locum quem dominus
deus tuus elegit ut ibi in
uocetur nomen eius, acce
desque ad sacerdotem qui fuerit
in diebus illis et dices ad
eum. Profiteor hodie
coram domino deo tuo qui
exauditus nos et respe
xit humilitatem nostram
et laborem atque angustias,
et eduxit nos de egipto
in manu forti et brachio
extento, in ingenti pa
uore, in signis atque por